

indignissime fert multitudo in hac urbe *Zwinglianam* doctrinam damnari aut etiam leviter perstringi. Princeps *Hessiae* hactenus non adfuit concionibus nostris vel cum nostro principe; praetexit similitudinem illam cum *Eislebio* causiferans nescio quid *Eislebium* peccasse palam contra christianam charitatem, ideo fieri non posse, ut ipse aedificet etc. Sed nosti aliam posse subesse causam; de quo coram, nisi quod aliud interim praetexitur.¹ Marchio, *Luneburgensis* dux *Ernestus*, princeps *Anhalt*² et quidam alii nostris adsunt concionibus. Principis *Hessiae* concionator *Schnep*³ hactenus in alio templo S. Huldrici frequentissimo auditorio et totius civitatis concursu concionatus est maiori etiam frequentia quam nostri et syncerissime docuit. Hodie vero die Trinitatis coepit attingere articulum de sacramento, dixit se non odisse personas *Zwi.* et vel alios, at doctrinam hanc totam esse ibi repente commoveri et susurrare in[cepit] murmurare multitudo, ibi recta abire et t[emplo] manifesta que signa dare offensorum animorum atque tionis. *Schnepfius* tamen perstitit ut coeper[at] . . . magno robore corporis et spiritus peroravit . . . De principe *Hessiae* alias coram. Alias . . . *Augustam* addictissimam et in sua verba iu[rantem ha]bet quidam *Michael*,⁴ qui aliquandiu egit *Vittenbergae* et e nobis exivit, sed e nobis non fuit, homo indoctus, confidens tamen et arrogans ac mirabili plusquam Suevica loquacitate instructus. Prae illo sordent hic multitudini *Urbanus Rhegius*, doctor *Frosch* et doctor *Stephanus*.⁵ Videas in *Urbanis* concionibus vix ducentos esse auditores, in *Michaelis* concionibus sex milia hominum. Sed hoc populi est inprimis Germani, ut summis Dei beneficiis sit ingratus res novas arrigat et intendat aures Verum ut in longa epistola, qua conor pro illius nostri perfidi nuntii satisfactione laeti etiam aliquid perscribam, scias, mi alias satis bene valere per dominum, in dominum *Philippum* bene exercent illae pro hac publica causa sollicitudines. Fatetur quidem res illas maximas nunc eo deductas esse, ut nullis humanis consiliis pendeant, sed tamen nihilo minus consiliis in coelo (ut omnes affecti sumus) libenter interesset et

¹ vrgl. Kawerau, *Agricola* 95. flg. 109. flg. Virck, *Strassb. polit. Correspondenz* I, 447. flg. 451. Die „alia causa“ ist die vermittelnde Stellung Philipps den Schweizern gegenüber.

² Fürst Wolfgang.

³ vrgl. Schirmacher S. 46.

⁴ Cellarius, vrgl. Uhlhorn, *Urban Rhegius* S. 93. flg. 148. 153. flg. Roth, *Augsburgs Ref. Gesch.* München 1881, S. 151. flg. Virck, *Strassburgs politische Correspondenz* I, S. 448. 451. ⁵ Kastenbauer, *latinisirt Agricola*, Roth S. 158. *Rotermund*, *Gesch. des Augsb. Glaubensbek.* Hamburg 1829, S. 318 — 320.